



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Ortv Et Progressv Ac Viris Illvstribvs Ordinis  
Gloriosissimæ Dei Genitricis, semper Virginis Mariæ de  
monte Carmelo**

**Trithemius, Johannes**

**Coloniae Agrippinae, 1643**

A patrocínio B. Mariæ Virg. appellatione nominis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64495)

qui supra quatuor millia numero Palæstinam incolabant, ac Sanctorum nomen æstimationemq; obtinebant apud omnes passim. Igitur vt ELIAS Religionem *Carmeli* inchoauit in lege veteri: sic in noua S. IOANNES circa *Jordanem*, & B. ENOCH quidam in *Carmelo*, eam continuarunt, alijsq; post se traderunt.

### A PATROCINIO B. MARIÆ VIRGINIS, ET APPELLATIONE NOMINIS.

Sicuti agnoscit hic Ordo Patrem ELIAM, ita Matrem DEIPARAM veneratur: Vnde & FRATRES B. MARIÆ DE MONTE CARMELO, passim indigitantur, quicumque huius Ordinis instituto mancipantur. Ferunt S. *Simonem Stock* Anglum huius Ordinis Generalem, virum singulari erga Deum & Deiparam deuotione & pietate, precibus à B. Virgine impetrasse sacrum Scapulare, donum miraculolum, & quod *Rom. Pontifices* varijs postmodum Indulgentijs cumularunt, ac illius usum omnibus Christi fidelibus commendari voluerunt. Erecta est in honorem Scapularis Carmelitani Sodalitas, multis gratijs locupletata.

Scribit autem IOANNES *Hierosolymitanus* (cuius scripta exstant *Tom. 9. Biblioth. SS. Patrum*) cap. 36.

Monachos Carmelitas anno Incarnationis Domini- *Fuit hoc se*  
cæ 53. ædificasse \* Oratorium in honorem Deiparæ *cũdũ Sacel*  
Virginis, in eoq; laudes ipsius percoluisse, atque ex *lũ à Carm.*  
hinc passim Fratres S. MARIÆ de Monte Carmelo es- *in monte*  
se indigitatos. *Carmelo*

Quin & *Dionysius Carthusianus*, quem sequitur *in B. V. ho-*  
*Bergomensis lib. de illustribus Fœminis*, & *Guilielmus nozem con-*  
*Einseger.* affirmant, ipsam Virginem benedictam *structũ; præ*  
Monasterium centum & quinquaginta Monialium *mũ enim*  
instituisse, eiusq; curam habuisse. Cum vero nullum *ipsa viuers*  
tunc institutum monasticum viguerit præter illud *te, non disse*  
quod ELIAS profitebatur, non vana coniectura datur *post Dom.*  
intelligi, etiam ipsam Virginem huic se dedicasse. *Pass. ere-*